

Heinrich Rahn Joachim Stephani

Decas Positionum Iuridicarum De Sequestro

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76661865X>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.
Z 16.7

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

42.18



DECAS POSITIONUM JURIDICARUM

DE

SEQVESTRO,

Quam

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA,
Decreto & Authoritate MAGNIFICI
& NOBILISSIMI in Illustri Varniaca
Jctoram Ordinis,

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO ET CON-
SULTISSIMO

DN. HENRICO RAHNEN,

Jcto, Professore, & h. t. DECANO, nec non
Consistorii Ducalis Assessore, Præceptore,
ac Affine suo ætatè observando,

PRO

Consequendis in utroq; jure Doctoralibus
privilegiis & honoribus
Publica disquisitioni subjicit

JOACHIMUS STEPHANI,

Gustr. Mecklenb.

In Auditorio Majori

Ad diem 8. Julij.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno M, DC, LII.



V I R O
MAGNIFICO & AMPLISSIMO
DN. LAURENTIO
STEPHANI JCo

Illustrissimorum Principum Meckeln-
burgicorum Consiliario, Dicasterii Provincialis
quod Sternbergæ est Vice-Præsidi, Pandect: in Academia
Rostochiensis Professore Publ. Facultatis Juridicæ Seniori,
& Consistorii Ecclesiastici Ducalis Assessori. Dn. Pa-
renti meo omni obsequii cultu pro-
sequendo.



S.

Non ita pridem in optatissimis me habuisse, Pater
plurimum de venerande, in recenti Tibi adhuc
erit memoria, primitias Academicorum meo-
rum fructuum non alii, quam Tibi, cujus beneficio suc-
creverant, dicare, quas sicuti gratas Tibi intellexerim,
ita calcar mihi fuere, ut porro presentis thematis inaugura-
lis enodatione nomen tuum venerarer. Suscipe igitur hæc
paterno affectu quæ offert filii obsequiosa manus.



TRIADE SANCTA ANNUENTE.

Sequestrum tractaturi nihil præfamur, Comicum audientes in MERCATORE. Odiosa est oratio, inquit, cum rem agas, longinquum loqui; quicquid est, ad capita rerum perveni.

POSITIO I.



Also Sequestrum à secando, quod quasi **NOMEN.** fecet, ac lites dirimat, nonnulli deducunt. Verior Gellij sententia, sequestrum à sequendo appellantis, quod scilicet ejus, qui electus est, utraq; pars fidem sequatur. *Noct. Attic. lib. 20. c. 11.* Juri autem propior derivatio, si Sequestrem indè appellamus, quod

assequatur litigatores, atq; etiam occurrat litigatoribus, rem, de qua litigatur, quasi manu gestans, & hanc approbat *Modestinus in l. sequester no. de V. S. ibi. Sequester dictus ab eo, quod occurrenti, aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur.* Nec dura nimis hæc notatio quibusdam videri debuisset, propterea, quod occurrere, & sequi, si abstracte, & inter se considerantur, contraria sint. Logica enim hic Jcti est Etymologia, quæ à propria rei, quam significat, forma, naturaliq; affectione proficiscitur, Comitem accipere debemus eum, qui comitetur, & sequatur, ait *Ulpianus l. item apud. 15. §. 16. ff. de injuriis.*

Sequestrum, & sequestratio ejusdem naturæ, ac definitionis sunt. Licet autem accuratius unumquodque consideranti sequestrum, & sequestratio differre videantur, ut jus & factum, ita, ut sequestrum juris, sequestratio verò facti esse affirmari possit; usus tamen, quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi, hodie ea confundit, *passim apud Authores.* Antiquitus sculnam, quasi seculnam, appellatū sequestrem asserit ex *Lavinio de verbis sordidis, Gellius d. l. Ferrar. in formula sequestrationis,* Sequestrum appellat Saximentum, nomine, ut *Pacius* putat, Gallico corrupto, *tract. de contract. 4. c. 16. n. 99.* Germanis sequestratio est eine *Hinterlegung.*

A 2

Sed

Sed ne vagari, & errare cogatur nostra oratio, varias quoq; vocis Sequestris acceptiones merito præmittimus, tanquam necessarium bene definiendi principium. Sumitur itaq; I. Sequester pro honorario arbitro, & quasi conciliatore, qui dissidentes partes ad pacem reducere curat, quo significatu Salvatorem nostrum JESUM CHRISTUM Dei atq; hominum sequestrum appellat *Tertul. cap. 51. de resur. car.* Et *Plaut. in Rud. Act. 4. sc. 3. ait.* Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum, aut arbitrum, cujus hæc res arbitrato fiat. II. Pro Tribuum corrumpendarum conductore, & ambitus interprete. Sequestri verbo, inquit *Budæus, Oratores pro iis interpretibus utuntur*, qui judiciis corrumpendis, aut ejusmodi maleficiis suscipiendis operam locant. III. Pro eo, qui à litigatore doctus, docet patronum *Quintil. lib. 12. c. 8.* IV. Pro judice sponfionis constituto, cum uterq; contrahentium tertio alicui rem aliquam tradit, ut futuro postea victori ab eo restituatur. Cujus rei exemplum suppeditat *l. si gratuitam. 17. §. 5. ff. de præsc. verb.* Item *Maro in Bucol. Eclog. 3. vers. 28. & seqq.* V. At frequentissimè & propriè sequester in jure nostro intelligitur is, apud quem res, de qua controversia est, deponitur, ea conditione, ut restituatur repõranti in causa victoriam.

POSITIO II.

DIFFE-
RENTIÆ
ADEINI-
UM.

Excussa Etymologiâ, & quæ rectò pede eam sequuntur, Synonymiâ & Homonymiâ, ad qualitates sequestri, quæ ex differentijs & proprietatibus dignoscuntur, progredimur. Differt I. Sequestratum ab Arresto origine, cum vigorem habeat suum Arrestum præcipuè ex consuetudine, statuto, & privilegio, sequestrum verò ex lege. II. Objecto. Hoc illarum rerum est, de quibus controversia, aut in quibus uterq; jus aliquod præterdit, & sibi adjudicari petit: Illud earum rerum est, quarum certum est dominium & possessio *Mevi. de arrest. cap. 1. n. 15.* III. Effectu. Hoc est rei penes tertium depositio: Illud est nudum impedimentum. Neq; arrestum actionem parit sequestrariam, quæ deponentibus competit, lite finitâ, adversus sequestrum, ut hoc pluribus docet *Dn. Avus Joachimus Stephani, pie mem. lib. 3. Inst. Can. c. 2. n. 20. lib. 2. c. 9. n. 29. de Jurisd. Græcor.* Hæc cum ita sint, nec alias termini, qui re & nomine differunt, temerè sint confundendi, improbandum erit, quod dicitur, Arrestationem & sequestrationem non, nisi nuda voce, differre *Ceter. de process. execut. part. 1. c. 2. n. 184.*

II. Differt Sequestrum à deposito simplici variè. I. Quod sequestrum semper

49

semper fiat à pluribus, depositum autem etiam ab uno *l. licet. 17. pr. ff. de-
pos. l. si apud te 18. ff. præs. verb. l. si quis. 9. §. 3. ff. de dol. mal. II.* In Se-
questro unusquisq; in solidum deposuisse censetur: in simplici vero de-
posito, ubi plures rem communem deponunt, quilibet pro sua parte de-
ponit, *l. 1. §. si duo. 44. d. l. licet. 17. ff. de pos.* III. Deponi potest purè, se-
questratur semper adjectâ conditione reddendi, si alteruter fuerit iudicio
superior *l. propriè. 6. de pos.* IV. Sequestrum est rei litigiosæ, depositum
etiam non litigiosæ. V. differunt obligationes, ex his contractibus natæ,
effectu. Depositarius enim rei purè depositæ custodiam, cum illi videtur,
recusare potest, sequester verò regulariter officium suum sine aditione
prætoris, & causæ iustæ allegatione (v. c. si abfuturus sit *l. 8. in fin. & l.
9. de procur.* alias justas causas suppeditat *l. 15. de recept. arbit.*) deponere
non potest *l. ei, apud quem. 5. §. 2. ff. de pos. Clud. hic cap. 10. num. 39. & seqq.*

Quomodo porro sequestratio à reliquis affinis remediis, ut mis-
sione in bonorum possessionem ex primo decreto, à pignoratione Im-
perii, præcepto de non alienando: tum quomodo sequester à Mediato-
re, Arbitro, ac litis compositore differat, explicare instituti nostri ratio
non permittit. Videri ea de re possunt *Sichard. ad l. unic. C. de prohib.
seqv. pecu. Clud. de Sequest. c. 2. per tot. Gœd. ad Rubr. de sequestr. pos. &
fruct. n. 18. & seqq. Gail. lib. sing. de pign. obs. l. n. 2. 3. 4. 5.* Illud tantum de Cura-
tore bonorum notabimus. Licet sequester sit instar curatoris bonorum;
ita etiam appelletur *l. 1. §. 10. ff. de collat. bon.* alius tamen est sequester, alius
curator bonorum. Etenim Curator bonorum constitui potest unus ex
creditoribus ipsis, *l. de curatore. 2. §. 4. ff. de curat. bon. dand.* Sequester
autem semper sit tertius extraneus *arg. l. uo. de V. S. ibiq; Alciat n. 2. jung.
Clud. hic c. 1. n. 24.* Et inde Sequester dicitur tertia persona in *l. communi.
7. §. 10. com. divid.* Tandem curator bonorum ideo constituitur, ut per
eum bona debitoris alienentur, ac distrahantur *l. curator. 5. de curat. sur.*
Sequester verò, ut rem sequestro positam servet, ac custodiat.

POSITIO III.

Rectè nunc progredimur ad quæstionem, quid sit sequestratio? cum de ea, qua quæritur, An sit; neminem neq; veterum, neq; noviorum
Ictorum invenerim dubitantem, nec mearum partium sit, ea in dubium
vocare, quæ semper dubio caruere. Sequestrum itaq; relictis aliorum
definitionibus, ex *alleg. ll. 6. & 17. ff. de pos.* definimus, quod sit depositum
rei controversæ, quæ à pluribus in solidum tertio certa conditione custo-
dienda, & reddenda traditur. Indè apparet, Sequestrem esse apud quem

DEFINI-
TIO.

A 3

plures

plures rem, de qua controversia est, deposuerunt, uti definitur à JCro Modestino in *l. 110. de V.S. jung. Basilic. lib. 13. cap. fin. de sequest.* Singula autem definitionis non explicamus, patebunt satis ex illis, quæ infra tractantur.

POSITIO IV.

DISTRIBUTIO. Cum divisionis natura potissimum sit, dilucidius efficere negotium, de quo agitur, *l. 1. pr. ff. de dol. mal. except.* eam definitioni subungere volumus. Estq; sequestrum ex genere eorum, quæ communia ad unum Philosophis dicuntur; undè dividitur in Verum & Analogicum. Verum est, quod fit voluntate partium liberâ, & vocatur voluntarium, spontaneum, conventionale; quando scilicet litigatores ultro, & extra iudicium conveniunt de re litigiosa sequestranda: exempla hujus sequestri habes in *l. 5. in fin. ff. famil. ercisc. l. si soluturus. 39. de solut. & liber. l. propter instrumenta. 5. C. depos.* Analogicum autem est, quod officio iudicis vel nobili, invitis partibus, vel Mercenario, altera parte petente, ex causa justa, eaq; cognita, expeditur, & necessarium dicitur *vid. l. si cuius. 13. ff. de usufr. O. C. Imp. part. 2. tit. 21. von der Streitigen Possession. §. fin. Gail. 1. Obs. 148. Mynsing. 5. Obs. 35. Caroc. de sequest. part. 1. qv. 3. Franc. Curt. de sequest. n. 22.*

Dicimus sequestrum genus *ωεδς εἶν*: quia de voluntario sequestro propriè prædicatur, ut specie sua famosiori, quia propriè sub depositi vocabulo comprehenditur *l. proprie. 6. Depos.* & quæ reverà contractus est. Nam non tantum sequester obligatur ad rei sequestratæ restitutionem, verum etiam partes, quæ rem litigiosam deposuerunt, obligantur ad restituendos & sumptus, & damna, quæ ejus occasione sequester est passus *l. 5. ff. depos. l. nam hoc natura. 14. de cond. indeb.* Hoc autem de altera specie, necessario scilicet sequestro, dici nequit, nisi admodum analogicè, In quolibet enim contractu consensus requiritur, eoq; deficiente nulla potest subsistere conventio, nullus contractus, *l. 1. §. 3. ff. de pact.* & licet reos delictorum ipsos se poenæ subdere *l. imperatores. 34. de Jure psci.* suaq; mente puniri *l. post divi Marci. 8. C. ad L. Jul. majest.* legamus, nemo tamen hinc rectè dixerit, delicta esse species contractus, nisi, ut diximus, admodum analogicè.

Pergimus ad alteram harum specierum differentiam, quæ est, quod voluntarium sequestrum leges non saltem permittant, sed etiam partes ad
eam

eam hortentur, ut de communibus instrumentis exemplum est in *l. si qua* 5. ff. *Fam. erciscund.* de fructibus rei legatae in *l. postquam* 5. §. 1. *in fin.* ff. *ut legat. seu fideic. caa cav.* Necessarium vero regulariter prohibeant *l. unic. C. de prohib. sequestr. pecun.* Vid. *Gail. d. obs. 148. n. 8; & 9. Mynsing. d. Obs. 35. n. 3. Caroc. de Sequestr. part. 2. pr.* Quia ab executione, cujus sequestrum quaedam species, non est incipiendum *l. 1. C. de execut. rei jud. c. 1. Extr. ut lit. pen. nib. innov.* Oportet enim debitorem primo convinci, & sic deinde ad solutionem pulsari, ut forma juris, ordoque iudicii iure constitutus in rebus persequendis observetur *l. negantes. 9. C. de obl. & ast.*

POSITIO V.

Persistentes in altera specie sequestrationis, quam necessariam atque regulariter prohibitam diximus, causas inquirimus, ob quas potest fieri. CAUSAE. Recte vero distinguuntur illae à sequestrationis casibus. Ex una enim causa saepe aliquot casus emergunt, cum quaevis circumstantia, etiam levis, novum, atque distinctum pariat casum. Unde ponuit Interpretum alii plures, alii pauciores casus, in quibus locum habeat hoc irregulare & necessarium sequestrum, ut copiose hoc tractat *Clud. de sequestr. cap. 5. per tot. jung. Gail. 2. Obs. 148. num. 1. 2. 3. Mynsing. 5. obs. 35. num. 4. Caroc. de Sequestr. part. 2.* At nos rem tunc scire arbitramur, cum ejus causas ac principia cognoscimus. Haec autem melius nos assequi non posse putamus, quam si ex sequestrationis hujus triplici ratione deducantur, quarum prima: Privatorum indemnitas, ne ab adversario, sive possessore res, de qua litigatur, corrumpatur, dilapidetur, aut populetur, ut monet *l. Imperatores. 21. §. 3. ff. de appell. l. ab executione §. C. quorum appell. non recip. Gail. 1. obs. 147. num. 3. & obs. 148. num. 3. Mynsing. 5. obs. 35. num. 4.* Hac ex ratione consulitur actori remedio sequestrationis quando reus immobilia plane non, vel insufficientia bona habet, atque de fuga est suspectus *l. si fidejussor. 7. §. ult. ff. qui satisd. cog.* sive lis in iudicium jam sit deducta, sive non. Quoties enim fraudis comminiscendae periculum est, prius caveri & prospici debet, ne committi possit, non quidem festinatione iudicii, sed praeventendi periculi causa, cum periculum sit in mora, *arg. l. si quis 6. §. 9. ff. de injust. rupt. irrit. fact. test. l. sancimus. §. C. in quib. caus. in integr.* Ad hanc rationem non inconcinne etiam refertur, si servus ad libertatem proclamet, & sic dubium

dubium sit, an bona sint domini, tunc enim peculium sequestratur l. 1. §. 1. C. de assert. tollend. jung. casum l. ult. C. de ord. cognit. Hinc quoq; dos, quam maritus manifesto dissipaturus est, sequestratur in l. 22. §. 8. vers. *fin* verò dotem. ff. solut. matr. Caroc. part. 2. qv. 2. n. 1. 2. 3. puella, de cujus matrimonio duo litigant, honestæ alicui matronæ, durante lite, sequestrato datur. Gail. 1. obs. 112. num. 5. Dn. Avus Ernestus Cothmannus, piæ memoriæ resp. 1. num. 434. & seqq. vol. 1. ubi talem sequestrationem hîc Rostochij anno 1590. in Consistorio decretam asserit. Sicut & illa, quam parentes minis inducere volunt ad contrahendum, vel non contrahendum matrimonium, per text. in cap. cum locum. 14. X. de Sponsal. Gail. 2. obs. 45. num. 7. Item mulier, quæ marito ob nimiam ejus sævitiam cohabitare nequit, alicui probæ atq; honestæ fœminæ committitur custodienda, usq; ad litis decisionem cap. ex transmissa. 8. X. de rest. Spol. Caroc. part. 1. q. 1. prin. q. 2. & part. 2. q. 14. Angel. Perus. in tract. sequestr. num. 8. Si modò aliter illi de securitate sufficienti non possit provideri, cap. literas. 13. vers. *fin*. d. tit. de rest. Spol. Qui tamen casus huc non bene refertur, cum in eo non sit controversia de re litigiosa inter duos.

Ab hac prima sequestri ratione sponte sua quasi fluit altera, nempe, ne judicium fiat elusorium, contra l. si pretor. 75. de jud. l. ne in arbitris. 5. C. de recept. arbit. Gail. 1. obs. 148. n. 2. & 1. Obs. 145. num. 5. Mynsing. dict. obs. 35. num. 4. Tertia Sequestrationis ratio est publica tranquillitas, & ut Dd. loquuntur, ne scandalum committatur. Illud autem committitur I. Si partes ad arma progrediuntur. Congruit enim bono & gravi præsidii curare, ut pacata atq; quieta provincia sit, quam regit; quod non difficilè obtinebit, si sollicitè agat, ut malis hominibus provincia careat, eosq; inquirat l. congruit. 13. ff. de offic. præsid. item Julianus Jctus l. si cujus 13. §. 3. ff. de usuf. cur, inquit, ad arma, & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest suâ jurisdictione componere. Probant hanc rationem constitutiones novissimæ Divor. Imp. Caroli V. & Ferdinandi I. in comitiis Wormatiensib. & Augustanis de anno 21. 48. & 55. promulgatæ, & ampliatæ, quarum tenor ordinationi Cameræ est insertus part. 2. tit. 21. von der Streitigen Possession §. *fin*. Gail. lib. 1. obs. 5. n. 1. II. Si judicia spernantur, & partes frustrandæ actionis causâ latitent, vel legitime citati contumaciter absint, c. ex literis 2. in med. X. d. dol. & cont. Angel. Perus. in tract. Sequestr. num. 10. Caroc. par. 2. q. 13. Et hæc sunt rationes ex quibus casus, judiciale sequestrum admittentes, possunt decidi. Concludi-

49

cludimus nunc hunc locum cum quæstione; Utrum ad casus, expressè
in jure non decisos, sed similes, & graviores extendi debeat? quod
affirmamus.

POSITIO VI.

Cum autem possessori non temere auferenda sit sua possessio §. 4. REQUI-
SITA.
vers. commodum. Inst. de interd. operæ erit pretium considerare, quæ re-
quirantur, ut justè fiat sequestratio, ne injuriarum nascatur occasio (quæ
maximè nascitur, ubi quis me re meâ uti non permittit, *l. injuriarum. 13.*
§. 7. de injur.) unde jura nasci deberent *l. meminerint. 6. C. unde vi.* Se-
questrum igitur non nisi ex legitima causâ decernatur, quâ deficiente,
sequestrationis conquivescit necessitas *l. unic. C. de prohib. sequestr. pec.*
Verum, ut de illa constet judici, prius instituenda est causâ cognitio, vel
summaria saltem, quàm procedatur ad extraordinarium hoc sequestra-
tionis remedium *Caroc. de Sequestr. part. 3. qv. 1. circ. fin. & Curt. hic num.*
40. per tex. l. 7. §. fin. ibi. si hoc judici sederit. Qvi. satisd. cog. Clud. cap. 6. pr.
& num. 1. Secundo requiritur partis adversæ citatio. Nullum enim judi-
cium tam summarium est, in quo non sit pars citanda, ad omnem actum,
ex quo lædi potest, *l. de unoquoq. 47. pr. de Re Judic. l. nam ita. 39. ff. de*
adopt. l. etiam si. 29. §. 2. ff. de minor. nec potest judicium consistere sine
reo, c. forus. extr. de v. s. nisi periculum sit in mora, vel nisi suspicio fugæ
ad sit Curt. d. num. 40. & Caroc. d. part. 3. qv. 3. Tertio sollicitans seque-
strum jurato affirmare debet, id se ad sui juris, vel debiti conservationem
facere, & non causâ calumniæ, vel æmulationis, §. 1. *Instit. de pæn. teme.*
litig. Ecce, inquit Imp. jusjurandum omnibus, qui conveniuntur, ex constitutio-
ne nostra defertur. jun. t. i. C. de jurjur. propt. Calum. & bonum esset, hoc ut in
practica observaretur, quia sæpe fiunt sequestra mendicata, & studiosè
ad aliquid impediendum, non ad juris conservationem, ait Caroc. d. part.
3. qv. 4. & cum eo Clud. cap. 6. num. 18. Juramenta autem cum non temere
imponenda, nec hoc imponi debere petitori puto, si res alias evidens &
notoria *Clud. cap. 6. num. 19. in fin.* Quarto actor causam, ex qua seque-
strationem petit, tenetur probare. Quomodo autem illa probatio fieri
debeat, ostendit *Clud. d. tr. c. 5. & 6.* Absq; his requisitis non facilè ad se-
questrum procedatur. Quod si autem legitimè fiat, tam utile & necessari-
um est, ut illud impediens puniatur amissione sui juris & ex communica-
tione *cl. unic. vers. si quis. de sequestr. posses & fruct.* De tempore hic jun-
gimus quæstionem: An die feriato decerni possit sequestratio? quàm affir-
mamus cum *Curt. de seq. num. 47. & Caroc. part. 3. qv. 36.*

B

Posi-

POSITIO VII.

PERSO-
NÆ DE-
PONEN-
TES &
RECIPI-
ENTES.

Frustrà quæritur secundum Gajum in *l. si quæramus. 4. ff. qui test. fac. poss.* an sequestratio valeat secundum regulas juris, vel non, siis, qui sequestro rem posuit, ejus facultatem non habuerit? Consideramus itaq; personas, quæ sequestro deponunt, & licet dubium nullum sit, quin in voluntario partes id faciant, in necessario judex. Investigare tamen debebit in sequestrantium qualitates, quarum omnium prima & præcipua, ut homines sint liberi, habeantq; rerum suarum liberam administratio- nem, ut Paterfamilias, Materfamilias, cui permixtus est donandi, vel alius alienandi modus *l. velles. 6. C. de revoc. donat. arg. l. hac lege. C. de part. conv. filiusfamilias* (retentâ tamen peculiorum distinctione) *arg. l. si lon- gius. 18. §. 1. ff. de judic. l. 19. ff. de pos. Prædo etiam & fur non arcentur à se- questrandî jure l. 1. §. 39. ff. de pos. l. non ab judice. 64. ff. de judic.* Et hæc sunt personæ, quæ possunt deponere. Prohibentur è contrario servi, qui per sequestrationem conditionem domini faciunt deteriorem, *arg. l. ser- vus 33. ff. de pos. infantes*, quorum ætas nullum habet intellectum *§. 9. Inst. de inutil. stip.* pupillus sine tutoris autoritate, nisi ejus conditio, quia- fortean adversarii jura circa possessionem imminuta, per sequestratio- nem reddita fuerit melior. Prodigus, cui bonis interdictum est *l. sed & alius. 2. ff. de curat. fur.* qui, quid agant, non intelligunt: Ebrii, qui furiosis & mortuis comparantur in *c. sane. c. 15. q. 1. cum ebrie- tas inducat mentisexilium Cap. crapula. 14. Extr. de vit. & hon. Cleric. Clud. cap. 7. num. 18.* & alii. Positis personis, quæ sequestro licitè deponunt, ad personas properamus, quæ rem sequestratam accipere queunt, qualis est quilibet vir bonus, nec solum liber homo, sed etiam servus *l. 1. §. si apud serv. 18. l. si apud filium. 21. §. 1. ff. de pos. filiusfamilias l. 1. §. 24. l. si apud. 21. ff. h. t. pupillus doli capax l. 1. §. 15. h. t. notæ autoritatis fœminal. deinde. 5. & 6. ff. de lib. exhib.* Interdum etiam deponitur apud officium *l. si fidejussor. 7. §. ult. qui satisd. cog. arbitrum l. litigatores. 11. §. 2. ff. de recept. qui arb. recep.* Et potest generalis hîc poni regula: quod possint sequestro de- ponere, & apud se deponi permittere omnes, nisi qui naturâ, vel lege prohibentur, *arg. l. 12. §. 2. de judic.* Circa necessarium verò sequestrum ob- servet judex, ut eligatur sequester idoneus fide, & facultatibus *clém. unic. de sequest. l. litibus. 20. §. 1. C. de agric. & cens. lib. 11. Goed. hîc th. 54.* Præ- ter hæc dubium non est, quin judex ordinarius possit decernere seque- strum, & ante, & post litem contestatam: Delegato autem id tantum, permitti post litem contestatam, non ante, nisi sit delegatus Principis,

exi-

49

existimat *Caroc. part. 3. qv. 15.* Potest porro ipse quidem iudex, aut arbi-
ter esse sequester *per gl. in l. Senatus Cons. 16. circa fin. in verb. deponatur. de*
offic. presid. per tex. in l. 11. §. 1. vers. si apud officium ff. ad exhibend. Verum
prudenter facere iudicem, si abstineat se ab officio sequestris, ne se su-
spectum reddat, svadet *Tiraquel. de retract. convent. §. 4. glos. 7.* Arce-
tur deniq; a receptione rei litigiosæ alter litigatorum *cap. ult. extr. de se-*
questr. fruct. & poss. Concludimus tandem positionem hanc hisce duabus
qvæstionibus. An unus tantum sequester eligi debeat? quod arbitramur
cum *Curt. hic num. 8. II.* An quis cogi possit munus sequestris subire?
Ubi distinguimus inter spontaneum, & necessarium sequestrum: huc
admittimus coactionem, ibi minimè.

POSITIO VIII.

Materia sequestrationis est omnis res litigiosa, sub factum tradendi **OBJE-**
custodiamq; hominis cadens, sive sit corporalis, sive incorporalis. **CTUM.**
corporalis, quæ tangi potest, eaq; vel mobilis, ut tabulæ testamenti, instru-
menta hereditaria, *l. cætera. 4. §. ult. l. si quæ sunt cautiones. 5. ff. famil. er-*
cis. res fungibiles, quæ pondere, numero, & mensurâ constant, l. iube-
mus. 16. §. 1. C. de erogat. milit. annon. l. 1. §. si frater. ff. de collat. res item fur-
tivæ, l. 1. §. si prædo. vel fur. 39. ff. depos. vel immobilis, quæ etiam tradi
l. stipulationis. 72. pr. de V. O. l. si in emptione 2. §. 4. l. si tibi. 8. ff. de act. empt.
custodiri *l. si vendita. 11. ff. de peric. & commod. rei vend. & pendente lite,*
alienari legitur *l. quicumq; 3. C. de litigios.* Perperam itaq; facere putò il-
los, qui de Jure Civili rem immobilem sequestrari posse negant: cum
propter generalitatem textuum in *l. 6. 17. pr. & §. 1. ff. depos. l. fin. C. qui*
ad libert. provoc. l. 1. §. 1. C. de assert. toll. tum ob ipsam sequestrandam ra-
tionem, quæ consistit in metu armorum, & frequentius rerum immo-
bilitium causâ incutitur. Sunt quoq; res istæ devastationi ac deterioratio-
ni obnoxia æqvè, ut res mobiles. *Goed. de seqv. poss. & fruct. c. 1. num. 9.*
10. 11. & 12. Clud. cap. 8. à n. 1. usq; ad num. 8. Nec quidquam facere vider-
etur distinctio, & determinatio *l. 5. C. quor. appell. non recipit.* Loquitur
enim illa lex de casu, quando ab executore, qui modum excessisse dicitur,
appellatum est, quod ad alios sequestrationis casus non extendendum
putat *Caroc. hic part. 2. qv. 5. n. 1. secum. qv. princ.* De Jure Canonico satis
expeditum est, res immobiles etiam sequestro deponi posse *per tit. extr.*
de sequestr. poss. & fruct. Clement. unic. de sequestr. poss. & fruct. cap. 2. extr. de
dol. & contum. sive sint allodiales sive feudales. De illis dictum jam est, de
his tractat *Caroc. part. 1. qv. 8. sex. quæst. princ. Clud. cap. 8. num. 14.* Et ita
B 2 quoti-

quotidiè fortalitia, castra, arces, oppida, & territoria sequestrari vide-
mus, ait *Goedd. th. 40. lit. d.* Vel se moventes, ut servus *l. sed etsi. ii. §. 1.*
ibi: proinde etsi apud officium. ff. ad exhibend. liber homo. c. cum locum 14.
Extr. de sponsal. c. ex literis. 15. Extr. de restitut. spol. puella, & puer pratex-
tatus l. deinde ait. 3. §. ult. de liber. exhib. venerandus Du. Parens Laurent.
Stephani colleg. Pand. disp. 3. qv. 5. vid. supra posit. 5. Incorporatis, ut jus
patronatus, jurisdictio & similia *Ord. Cam. Imp. part. 2. tit. 21. §. ob auct.*
Goed. de seqv. posses. num. 13. Clud. cap. 8. num. 9. quas tamen rectius quasi
sequestrari dicimus, ad imitationem quasi possessionis in re incorpora-
li *l. possideri. 3. pr. ff. d. A. vel A. P. l. sequitur. 4. §. 27. ff. de usurp. & usucap.*
Et hæc sufficiant de rebus, quæ sequestro deponi possunt, dixisse. Quæ
autem in sequestrum cadere nequeunt, sunt illæ, quæ vel jure, vel na-
turâ hominum commercio sunt exemptæ, ut illarum copia habetur in
§. fin. Inst. de empt. & vend. §. 1. 2. 3. & seqq. Inst. de R. D. Qvi de cadavere quæ-
runt, an sequestrari illud possit, inter quos Caroc. par. 1. q. 3. videntur con-
fundere arrestum cum sequestro, cum super cadavere lis propriè nulla
fit, Clud. cap. 8. n. 17. **POSITIO IX.**

OFFI-
CIUM
SEQUE-
STRI &
EJUS
JURA

De Persona, quæ sequestrum administrare idonea, dictum positio-
ne VII. Incumbet nobis de ejus officio paucula scribere. Illud consti-
tuitur vel consensu & electione deponentium *l. 5. §. 1. ff. ut legat. seu fi-*
deic. caus. cav. vel uno; vel quibusdam reclamantibus, vel etiam omni-
bus, tam litigatoribus, quam sequestre, à judice ordinario. Atquin eo
consistit, ut sequester rem litigiosam suscipiat, susceptam custodiat,
custoditam victori bonâ fide cum omnibus accessionibus restituat, *l. 6.*
ff. & l. 5. C. de pos. Custodia hic requiritur à sequestre, & quidem non-
nuda, sed quæ cum cura conjuncta est per *element. unic. ibi: quæ plenam*
de ipso & debitam curam gerens. de sequest. posses. & fruct. & hinc dolum,
& latam, quæ proximè ad dolum accedit, præstat sequester culpam,
l. 7. pr. junct. l. 32. ff. de pos. Ad curam jam dictam pertinet propter mo-
ram contentionis, si res sequestratæ sint perituræ, ut servando servari
nequeant, bonâ fide eas distrahat, pretiumq; loco rerum conserveat,
l. litibus. 20. §. fin. autem. C. de agricol. & cens. lib. ii. cap. 2. extr. de sequest.
posses. arg. l. ult. §. 1. de requir. vel abs. damn. & l. 5. §. 22. vers. Qvin imd.
ff. ut in posses. Legat. Caroc. part. 3. qv. 52. sine judicis etiam autoritate
Clud. dict. cap. ii. num. 31. Goedd. de sequest. poss. cap. 2. n. 63. quæ autem
res sint, quæ servando servari nequeunt, vid. apud *Gail. i. obs. 48. n. 4.* Potest
porro sequester domum, si non habet, conducere sumptibus litigantium,

inop

si il

in

49

in qua recondat rem sequestratam, vel ejus fructus *Curt. de sequestr. n. 78. in fin. Caroc. part. 3. qv. 49. Clud. cap. ii. num. 32.* Tenetur vero levem quoq; & levissimam culpam, imo & casus fortuitos præstare, si illa vel pacto, *l. i. §. 6. l. 23. vers. sed & hæc ita, de Reg. Jur.* vel re ipsa (v. gr. si rem sequestratam restituere denegaverit, & litem contestatus fuerit, vel si rem depositam in suos usus converterit, aut peregre secum eam tulerit) *l. 12. §. fin. l. 14. §. fin. ff. de pos. l. illud 40. de hered. petit. l. 5. ff. de Reb. cred. Goedd. th. 48.* in se receperit: Ad levissimam porro culpam obstrictus est, qui se ultro sequestro obtulit, *l. 11. §. saepe. 35. ff. de pos.* Ad levem deniq; qui emolumentum, sive remunerationem pro officio sequestris postulat *l. 5. §. 2. vers. nisi forte. ff. commod.* Ansam hic accipimus quærerere I. An sequestri rectè constituatur salarium? Negantium castra sequimur, & dicimus, constituto salario abire sequestrum ex natura & proprietate sua in contractum locationis & conductionis, cum *Clud. cap. ii. num. 24. & 25. Godd. de sequestr. posses cap. 2. n. 171.*

II. An is, qui Ecclesiæ, vel juris patronatus sequestrum habet, vacante sacerdotio, jus præsentandi & conferendi habeat? quod cum ante alleg. *Dn. Avo Joach. Stéph. d. l. & Coras. 3. Miscel. 2. num. 16.* asserere non dubitamus, quia hoc Ecclesiæ vel maximè favorabile est, ne rapacis alicui lupo, deficiente justo pastore, ovile Christi pateat, *c. ne pro desectu. 12. Extr. de elect. nec decet justitiam ecclesiasticam periclitari propter contentionem partium arg. c. l. i. Extr. de dol. & cont. jung. Clud. c. ii. n. 27.* Sic etiam sequestrum jurisdictionem posse exercere sentimus cum *Godd. de seq. pos. cap. 2. n. 61. & Clud. dist. cap. n. 28.*

III. An sequester possideat? Vexata admodum & famosa hæc est quæstio. Nos melioris & facilioris intellectus causâ tres præsupponimus casus distinctos, ex quibus patebit, quid ea de re sit sentiendum. Aut enim inter litigatores convenit; ut omittatur possessio: aut convenit, ut custodiæ tantum causâ res apud sequestrum sit: aut deniq; res ita dubia est, ut certo non sciat, quid inter contrahentes actum sit, & quo animo rem deposuerint. De prioribus duobus casibus dubitari non potest, cum pacta informant contractum *l. contractus. 23. de R. J. tum mens deponentis semper sit inspicienda, ut docet Julianus l. interesse. 39. ff. de acq. vel am. pos. & regulæ etiam huic duos illos jam dictos casus exempli loco subjungit. Mens autem illa non debet esse præsumpta, & tacita, sed expressa, & verbis disertis aperte declarata, quemadmodum verba in *d. l. 39. & hoc aperte fuerit approbatum,* pervincunt. Verum de*

tertio casu, quid in dubio, ubi de mente litigatorum expressa non constar, respondendum fit, Julianus *d. l. interesse. 39. de acquir. vel amitt. pos.* nihil quidquam habet, ac ne verbulo attingit: ideoq; ex Florentino *l. licet. 17. ff. de pos.* illum petendum statuimus, & cum eo existimandum; depositione, quæ apud sequestrem fit, id in dubio agi, ut sequester possideat. Anton Perez *Inst. de depos.* ac voluntate partium possessionem, secundum legis dispositionem, nactus sit, eamq; sibi ita detineat, ut neuter litigantium, controversiâ, aut lite durante, illam avocare, aut exercere possit, tempusq; possessionis neutri parti procedat *d. l. licet. 17. ff. de pos.* quo ipso manifeste probatur, possessionem à litigantibus in sequestrem transferri, & ita transferri, ut partes per sequestrem ne quidem intelligantur possidere; id enim nisi esset, usucapio utiq; procederet & compleretur *arg. l. qui pign. 36. ff. de acquir. vel amitt. pos.* Et inde sequitur sequestri remedia competere possessoria, & in specie interdictum, unde vi, nomine suo, licet rem possideat revera ad commodum alienum, & sciat, dominum se non esse *arg. c. in literis. Extr. de rest. spol. arg. l. cum fundum. 18. ff. de vi & vi armat.* huic interdicto junge remedium *can. redintegranda. c. 3. qv. 1.* quod non tantum possessori, sed nudo etiam detentori conceditur, & pro sola detentione competit *Caroc. part. 3. qv. 27. Clud. c. 12. num. 27.* Hæc vero, quæ modo de jure sequestris diximus, ad voluntarium pertinent, ex sequestratione enim judiciali, quæ judicis autoritate fit, possessio penes eum manet, qui revera possessor fuit; nisi judex aliter voluerit, & aliud actum esse probetur. *Dd. communiter in d. l. licet. & l. interesse. & in l. unic. C. de prohib. seqv. pecun. Curt. hîc num. 71.*

POSITIO X.


DE
RESCIS-
SIONE.
ET
ACTIONI-
BUS.

Omnem sequestrationem esse conditionalem diximus supra, existente itaq; conditione relaxatur sequestrû, idq; fit lite finita. Utraq; enim tam voluntaria, quam necessaria sequestratio finitur litis terminatione, *l. si fidejussor. 7. §. fin. vel l. si finem accipiat. ff. qui satisd. cog. l. si quis ibi. 9. §. Labeo. ibi: donec inter vos dijudicetur ff. de dol. mal. l. fin. C. de ord. cogn.* Lis autem finita non dicitur, si à sententia fuerit appellatum *l. litibus 20. C. de agric. & cens. lib. 11.* appellatio enim extinguit judicatum, & rem reducit ad terminos litis contestatæ *l. 1. §. ult. ad SCr. Turpill. l. 6. §. 1. de his, qui not. infam.* Sequestrum igitur factum, lite pendente, durat in appellationis instantia *Curt. de seqv. num. 65. & 66.* deinde Sequestrum necessarium tollitur satisfatione, conjunctâ cum autoritate judicis *l. 7. & ult. qui satisd. cog. l. 16. in fin. de offic. præf. l. fin. C. de ordina. cogn.* Et vocat *Caroc. part. 4.*

part. 4. qv. 2. num. 1. Satisfactionem medicinam sequeftri. Quæ vera
sunt, quando per eam caufa qvoq; ob quam fequeftrum decretum eſt,
removetur. Dd. in d. l. 7. §. fin. Qvi ſat. cog. Hinc ſi propter metum armo-
rum, ad evitandum periculum & ſcandalum, fequeftratio facta fit, vel fieri
debeat, non evitatur ſatisfactione. Satisfactio enim propositum male-
volum non mutat, ſed diutius graſſandi in re litigioſa facultatem præbet
arg. §. ult. Inſt. de ſuſp. tut. Probat etiam hoc cap. 8. & cap. 13. verſ. fin. Extr.
de reſt. ſpoliat. Curr. d. tract. num. 55. cir. fin. verſ. ultimo limito. Clud. cap. 10.
n. 6. Neq; ſatisfactio admittitur, ſi Eccleſia vel beneficium fuit ſequefthro
poſitum per clement. unic. ibiq; Dd. de ſequeſt. poſt. Godd. th. 58. Ceſſat
etiam ſatisfactio inter illos, inter quos de jure non ſubſiſtit l. 50. ad Sct.
Trebell. Verum iſi, qui ſatidare debet, nec poteſt, admittendusne eſt ad
juratoriam cautionem, ut per hanc impediatur, vel ſiſtatur ſequeftrum?
Diſtinctione hanc quæſtionem terminandum eſſe arbitramur cum Myn-
ſing. 2. obf. 11. Gail. 1. obf. 148. n. 6. Caroc. par. 4. q. 2. n. 8. ut diſtinguamus
inter perſonas, quarum jurejurando res committenda eſt, an integre, an
verò ſuſpectæ ſint fidei, junge auth. generaliter. verſ. aut ſi fidei juſſores. C. de
Epiſc. & Cleric. Nov. 112. cap. 2. pr. Tertio nudo judicis decreto judiciale
ſequeftrum, quod ad partis inſtantiam conſeſſum eſt, vix finiri poterit:
quia ibi intereſſe petentis verſatur, quod, illo invito, ſine caufa judici even-
tere non licet; tum ſequeftrum hoc dependet non à nobili, ſed merce-
nario judicis officio, quod partibus inſervit. Non ergo relaxatur, niſi cau-
ſa cognita, id eſt, citatâ parte Curr. num. 81. Illud verò ſequeftrum, quod
decrevit Jdex invitis litigantibus, invitis etiam ijsdem, ſolo ſuo decre-
to revocare poteſt. Conventionale autem contrariâ partium voluntate
revocatur per l. 35. & l. 100. de R. J. item morte finitur ſequeftris, cum
ejus induſtria electa ſit arg. §. item ſi. 10. Inſt. Mand. & l. 13. ff. ſol. matr.
Reſtat, ut actiones, quæ ex ſequefthro oriuntur, conſideremus. Illarum
præcipua eſt, quæ ſpeciali nomine actio depoſiti ſequeftraria appellatur,
l. ſi in Aſia 12. §. 2. ff. depof. ſimpliciter item ſequeftraria l. ſi quis 9. §. 3. ff. de
dol. mal. item actio depoſiti, ei apud quem §. 1 ff. depof. Hæc ad exem-
plum depoſiti ſimplicis vel eſt directa, vel contraria. Directa datur liti-
gatori & ipſius hæredi l. 1. §. 23. depof. adverſus ſequeftram, ejuſve hære-
dem l. 12. §. 2. depof. ut rationes reddat, & rem litigioſam ad cuſtodien-
dum acceptam, cum omni caufa reſtituat l. 1. §. 24. depof. nec dubium eſt
ſecundum diſpoſitionem noſtram in poſ. IV. quoniam hæc actio in neceſſario
ſequefthro, quod judicis autoritate decretum, adverſus ſequeftram non
detur


detur, sed imploretur potius officium iudicis nobile. Contraria datur
sequestri ad consequendos sumptus, omneq; id, quod in rem sequestra-
tam necessario ab eo versum est *l. ei apud quem. 5. pr. ff. de pos.* Affines actio-
nes, quibus persequimur rem sequestro depositam, sunt: Rei vindicatio,
quæ, ut reliquæ nominatæ, litæ finitæ potest institui *l. servus. 33. ff. de pos.*
Tamen magis consultum est agere volenti, ut sequestraria agat, quam rei
vindicatio *cap. examinata. Extr. de iudic. arg. l. 24. ff. de R. V. Godd. hic
th. 67. præscriptis verò verbis ob l. 1. 2. 3. & 4. præscr. verb. & doli actiones
per l. 1. §. 1. l. 7. pr. de dol. mal. non competunt adversus sequestrem. Neq;
aliud probatur l. 9. §. 3. d. t. de dol. mal. quia ibi conditio depositionis, ut
lex sequestri, nondum fuit impleta, quæ ratio juris facit, ut ex contractu
actio nasci nequeat, adeoq; ad subsidiariam præscriptis verbis actionem
fit recurrendum *Caroc. part. 3. qv. 28. in fin. Bach. ad Treutl. hic th. ult. lit. b.
tum quamvis ibi sublata sit causa depositi, propter non impletam condi-
tionem, obligatus tamen remanet Sejus, ad reddendum oleum, non
quod depositum accepit; sed quia simpliciter accepit. Tandem etiam
datur actio ad exhibendum contra sequestrem, ut scil. ex conventione,
eo loco exhibeat, quo conventum est *l. 2. de eo quod cert. loc. si autem
de pluribus locis conventum fuerit, in arbitrio sequestris est, quo loco
exhibere velit. Sed si nihil convenit, denunciandum est ei, ut apud præto-
rem exhibeat l. 5. §. 1. ff. de pos.* Coronidis loco addimus hanc quæ-
stionem: An à sequestratione, quam iudex statuit, liceat appellare? Et
dicimus, omnino appellationem esse concessam, cum non exiguum sit
gravamen, adimere facultatem percipiendi fructus; à quolibet verò
gravamine appellare licet *cap. 1. & 8. de Appellat. in 6to. Goed. cap. 1.
num. 150.* Attamen si à sequestratione propter timorem armorum de-
cretam appellatum fuerit, appellationem non esse recipiendam tutius
& utilius erit. Ubi enim res dilationem non patitur, appellatio dene-
ganda est. *l. fin. princ. de appell. recip. Clud. de sequestr. cap. 12. num. 40.*
Remedio deniq; nullitatis impugnari potest sequestratio, quando absq;
causæ cognitione decreta est *Caroc. part. 4. qv. 8. circ. fin.
Clud. d. tr. cap. 12. num. 41.***

S. T. V.





the scale towards document



quando quis obscuro loco natus, fraudu-
 tatione, nobili alicui familiæ se infere-
 sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-
 familiæ, nobilibus pecuniam, vel aliud
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.
 1615. vagabundus quidam homo cõ-
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-
 cupans, & ex familia illustri Græcorum
 jactans, adjumeto intercessionũ, quas
 tẽ impetraverat, in plurimorum prin-
 s, & civitatibus ingentem pecuniæ
 & emendicavit; cui postea, ob delicti
 pœnam dictaverunt Scabini Lipsien-
 no 1629. Mens. Martio fœminæ cui-
 , ex nobili familia se natam & bonis
 mutato nomine à Nobilibus pecuni-
 , pœnam temporalis relegationis in-
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-
 assumpto nomine Advocati cujus-
 ejus publicè jactaverat, quem postea
 iudicæ Senatus virgis coedi, & exilio
 tinent & huc exempla relata à *Valers*

XVI.

us est, quando quis, personã sua pla-
 en suum mutat, & se pro alio suppo-
 ma apud Historicos aliosq; scripto-
 inter quæ notissimum est illud Plau-
 ptã forma Amphitruonis, adversus
 nocte quadam, velut è bello rever-
 incubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4